e-codices

Ipterea praeſenti diſputationi ſubmediocri intellegentia· credulitatiſ adhibenda eſt· tunc uero
firma omiſ fideſ ſumendae· cum propria unumquodq; demonſtratione claruerit; hiſ igitur ita
diſpoſitiſ paulisp denariuſ cithare· ac de eorum nominib;· quoq; modo ſint additę diſſeramuſ· quaeq;
eorum cauſa ſit nominum· hiſ enim primituſ adnotitiam uenientib; facile erit ſcientia quae ſequuntur
amplecti·

DE ADDITIONE CHORDARUM EARUM Q; NOMINIBUS·

Simplicem principio fuiſſe muſicam· nichomacuſ refert· adeo ut quattuor neruiſ tota conſtaret·
idq; uſq; ad orpheum durauit· Ut primuſ quidem neruuſ & quartuſ· diapaſon conſonantiam
reſonaret; medii uero adſe inuicē atq; ad extremoſ· diapente ac diateſſeron· nil uero in eiſ
eēt inconſonum· ad imitationē ſcilicet muſicae mundanae· quae ex quattuor conſtat ele
mentiſ· cuiuſ quadri cordi· mercuriuſ dr inuentor· quintā uero cordam· poſt choroeb;
atyiſ filiuſ adiunx· qui fuit lidorū rex, hiagniſ phrix· ſextum hiſ appoſuit neruum·
Sed ſeptimuſ neruuſ at pandro leſ bio adiunctuſ ē· ſecdm̄ ſcilicet ſeptem planetarū ſimilitudine·
Inqi· hiſ quae grauiſſima quidem erat· uocata eſt hipate quaſi maior atq; honorabilior
unde iouem etiam hipaton uocant, Conſulem quoq; eodem noncupant nomine· propter
excellentiā dignitatiſ, eaq; ſaturno ē· adtributa· propt tarditatē motuſ· & grauitatē ſoni
paripate uero ſecunda· quaſi iuxta hipaten poſita & collocata· Lichanoſ tertia· idcirco
qm̄ lichanoſ digituſ dr· quem noſ indicem uocam· grecuſ a lingendo lichanon appellat·
Et qm̄ incanendo· ad eam cordam quae erat tertia ab hipata· index digituſ qui eſt licha
noſ inueniebatur· Idcirco ipſa quoq; lichanoſ appellatae· Quarta dr meſe· qm̄ inter
ſeptem ſemper ē· media· Quinta ē· parameſe· quaſi iuxta mediam collocata·
Septima autē dr nete· quaſi neate id ē inferior· Inter quam neten & parameſen eſt
Sextaq; uocatur paranete· quaſi iuxta neten locata· Parameſe uero· qm̄ tertia eſt
a nete· id ē inferior eodem quoq; uocabulo trite nuncupatur· ut ſit deſcriptio haec·

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 37 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/37)